

SS 1732

12

LECTIONES PUBLICAS
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVUM

IN ACADEMIA LUDOVICIANA

DEO DUCE ET AUSPICE HABENDAS

RECTOR

JO. CASIMIRUS

HERTIUS,

BOTAN. ANAT. ET CHIRURG.

P. P. ORDIN.

UNA CUM UNIVERSO

SENATU ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDULO AUDIENDAS GENE-
ROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FACULTATUM
STUDIOSOS PERAMANTER INVITAT

D. XX. APRILIS ANNO MDCCXXXII.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI,

G. I. E. S. S. Æ, DIRECTOR INSTITUTIONIS
Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.



In Facultate Theologica.

JO. JACOBUS RAMBACH,

*SS. Theologiae Doctor ac Prof. primarius, Superintendens primus
& Senatus ecclesiastici Adfessor.*

Lectiones publicas, in *historiam ecclesiasticam vet. test.* ab orbe condito usque ad Josuæ fere tempora hucusque deductas, hoc semestri ad Christi ævum ita pertextet, ut & historici V. T. libri perpetuo velut commentario illustrentur, & **AVDITORVM** animis veræ sapientiæ monita, e rebus in populo Deigestis hausta, instillentur, idque hora XI. Simul vero bono cum Deo ordierur *lectiones privatas* 1) In theologiam *dogmaticam*, duce ven. D. LANGIO, in *œconomia salutis*, cum beati D. BAIERI *compendio* subinde conferenda; hora matutina IX. 2) In theologiam *moralem*, duce beato D. BVDDEO, in parte prima *institutionum theol. mor.* multis tamen novis accessionibus atque observationibus practicis amplificanda; hora pomeridiana III. Vtrumque collegium intra anni spatium, Deo volente, absolvetur. Insuper *lectiones methodologicas* de oratione, meditatione & tentatione, quæ theologum faciunt; nec non *lectiones practicas*, in ep. ad *Titum* post finita sacra publica in gratiam Studiosorum hactenus cum fructu habitas, posthac vero in epistolam ad *Colossenses* habendas, sedulo continuabit.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

P. P. Ord. Dist. Marpurgo-Darmstadini Superint. & Consist. Adfessor.

Publice notitiam patrum & scriptorum ecclesiasticorum, & in *privatis* lectionibus insimul Hist. eccles. N. T. ad ductum B.

IO. ANDR. SCHMIDII & venerab. D. LANGII compendium dabit, inque *Lectiōibus biblicis* hor. IIX. sedulo perget, nec non hora alia praecepta sua exegetica & homiletica cum praxi perpetua resumet.

REINHARD. HENR. ROLLIVS,

*SS. Theol. D. Prof. Publ. Ord. Consist. Eccles. Assessor
et Distr. Alsfeld. Superintendens.*

Feliciter absolutis proximo semestri hiberno *lectiōibus publicis* in Historiam Eccles. secul. a nato Christo XVI. et XVII, Scholas bono cum Deo aperiet *polemicas*, in beati RUDRAUFFII, hujus quondam Academiz Theologi accuratissimi, Protheoriam theologicam et Syllogen controversiarum theologicarum extensio-riorem, summo haecenus in pretio a purioribus Theologis, ut merentur, habitas; in singulis ita versaturus controversiis, ut rite formato illarum statu, sententia verior testimoniis, ex Scriptura S. petitis, debite confirmetur, praecipuaque, quae in contrarium obverti solent, argumenta solide refellantur. In *lectiōibus privatis*, Theologiae *Dogmaticae* hora II. haecenus impensis, pauca quaedam restant, quibus enodatis eadem, qua adhuc usus est, methodo novas in eandem auspicabitur. Nobilissimo quoque studio *biblico* peculiarem imposterum dicare horam, eamque IV. pom. constituit, in libros novi testamenti historicos primum commentaturus, eoque labore ad finem perducto ad dogmaticos progressurus. Exercitium denique *disputatorium*, mensibus hibernis coeptum, hora X, strenue continuabit, id sedulo daturus operam, ut genuinum disputandi artificium, qui illius nondum gnari sunt, ipso usu edoceantur.

JO. CONRADVS ARNOLDI,

SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Acad. a Biblioth.

QUam nuperis mensibus hibernis; post absolutas, in Symboli
* 2
Atha.

(•)

Athanasiani cum Scriptura S. harmoniam, Lectiones, exorsus est ἀνακεφαλαιώσιν Lectionum Theologicarum ex Compend. BAIERIANO, disputationibus privato publicis explorandam, Deo benigne juvante, hora II. pomerid. persequetur. Lectionibus etiam privatis, ex eodem Comp. thetice & practice, hora X. tractandis, porro fideliter insistet: collegium quoque exegeticum in Matthæi S. Evangelium, sacrarum literarum studia biblicum promoturus, expetentibus offert.

In Facultate Juridica.

D. JO. FRIEDERICVS KAYSSER.

Consil. Hasso-Darmstatt. Jür. P. P. Ord.

& rerum Oecon. Inspector.

Collegium ff. quod prope finem est, hac æstate absolvet. Nova autem collegia *Juris publici*, ad Introductionem Schvederianam, vel ad Compendium Hornianum, & *juris Canonici* ad Institutiones Corvini a Belderen, aliæque pro desiderio Dn. Dn. Commilitonum aperiet.

D. JO. FRIDERICVS WASSER.

P. P. O. nec non Acad. Syndicus.

Publice STRYKII *Exam. jur. feud.* explicabit, privatim vero collegium ad *Instit. JUSTINIANI* Imperatoris aperiet, nec non praelectiones ad pandectas ad finem perducet, collegium quoque practicum ad STRYKII *Introd. ad prax. for.* aliæque pro desiderio Dnn. Commilitonum instituet.

D. IO. GEORG ESTOR,

P. P. & sui Ordinis h. t. Decanus.

Abolutis, bono cum Deo, lectionibus publicis, ad ius canonicum habitis, per huius semestris spatium, D. V. hora X. in

(.)

731

X. in iisdem docebit Mascouii, V. C., ius publicum. Priuatim commentabitur ad institutiones iuris ciuilibus, Struuii iurisprudentiam, & ius feudale. Horas, hisce scholis destinatas, e valuis publicis significabit.

D. JOH. FRIDER. MOEGLING,

Jur. Prof. Publ. Ord.

Collegiis in Pandectas privatis, quorum alii mox, alii post menses aliquot imminet finis, strenue instans, semet non solum ad aliud ejus generis, idque examinatorium, sed & ad Lectionem publicam in Institutiones horis commodis accinget, operam & iis spondens, qui Collegio practico, vel cuiuis alii, imo & disputationibus aliquid temporis impendere satagunt.

In Facultate Medica.

D. JOH. CASIMIR. HERTIVS,

Prof. Publ. Ordin.

Publice, siquidem per Rectoratus negotia licuerit, non deerit in iis Nobiliss. Dominis Commilitonibus, quæ è re fore ipsorum intellexerit: Priuatim vero temporis munerisque sui ratione ita exigente, ad botanicas demonstrationes redibit, anatomica quoque, quantum fieri poterit, cum iis exercitia conjuncturus.

IO. MELCHIOR. VERDRIES, D.

P. P. O.

Publice, absoluta Pathologia, ad reliquas Medicinæ partes dilucidandas progredietur. Priuatim desiderijs Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum vbique satisfacere annitetur.

* 3

LVD.

❁ (.) ❁

LVDOV. HENR. LEO HILCHEN,

Prof. Publ. Ord.

Publice materiam medicam, ad ductum Hermannii, præleget, in simulque regulas scribendarum formularum inculcabit. Privatim institutiones explicando, examinando & disputando repetet.

In Facultate Philosophica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathem. Prof. P. Ordin.

In thesibus, quas huc vsque lectionum publicarum loco ventilandas hebdomadatim proposuit, sedulo perget; Priuatim vero Architecturam tam ciuilem quam militarem, vna cum praxi Geometrica & Trigonometrica hor. V. docebit, nec in aliis partibus deerit Philomathis.

IO. HENRICVS MAIVS,

Antiquitatum, litteraturæ Graecæ, & ling. orient. Prof. Ord.

Publicam collocabit industriam in Actuum Apostolorum philologica expositione, fundamentique loco iterum ponet Curas Wolfianas Criticas. De priuatis laboribus nihil memorabit prius, quam vota & desideria Auditorum cognouerit.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Physic. Prof. P. Ord.

Qvae in cursu Philosophiæ Naturalis explicanda supersunt, Deo volente, ad finem perducet. Neque porro oppellam & industriam suam, in nobilissimo hoc studiorum genere, desiderari vlllo modo patietur. SEBAST.

(.)

732

SEBASTIANVS MASSON, P.

A *Alterum* Compendii PVFENDORFIANI *de off. Hom. & Ciu.* Librum, quo iura & obligationes, ex diuersis *Statibus* promanantes, exhibentur, priore nuper exposito, explicabit. No-ua quoque Collegia, quibus *Jus Naturale & Prudentiam Status* in- stillabit, poscentibus Auditoribus, ad ductum PVFENDORFII & BVDDI, ordietur. Atque, vt mutila est, informis, ac vacil- lans omnis iuris ac status prudentia, nisi fontes, habitus ac ra- tiones actionum humanarum pernoscantur; quin, obseruante Ill. THOMASIO ad MONZAMB. c. 8. *not. (o) in fin*, sine Ethica, Po- litica est Stultitia: ita doctrinam *Morum*, in qua tradenda semestri praeterlapso etiam occupatus fuit, denuo ac sollicite, pro ratio- ne muneris, substrato *Buddeo* Auctore, proponet. Cetera, in quibus aliis utilis opera sua visa fuerit, Dnn. Commilitonum de- sideria expectabit.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. Prof. P. Ord.

Publice ex *Floro* per nostratem Bibliopolam nouissime euul- gato, tum *Estropio* propediem ex eadem fabrica prodituro, Antiquitates Romanas ad Iuris intellectum accommodatas tradet. Priuatim *Struuii* Historiam uniuersalem interpretabitur, suamque in *Historiam Hassiacam introductionem*, quae iam prela exercet, proxime in publico comparitura.

JOHANNES RHENIUS,

Vtriusque Eloquentia P. P. Ord.

Publicis laboribus doctrinam de componendis Epistolis & Ora- tionibus explicabit. Privato studio collegium Epistolicum & Oratorium practicum instituet. Insuper introductionem ad rectam veterum scriptorum Latinorum tractationem separatim expetentibus satisfaciet.

JAC.

JAC. FRID. MULLER, P. P. O.

EXponet publice præcepta Logica eaque a tricis Philosophorum tam veterum quam recentiorum liberata, simulque eorundem usum omni industria docebit. Ceterum ut instruendæ studiosæ Iuventutis ergo adest, ita occasiones quasvis commodis ejus, in ordine & pie quæsitis, inserviendi ambabus amplectetur.

IOH. LVDOVICVS ALEFELD,

Poës. Prof. P. Ordin.

Quæ de lectionibus hiemalibus supersunt, Deo propitio propediem ad finem perducet. Novos labores statim post finitas nundinas auspicabitur, iisque publice librum tertium & quartum *Aeneidos* explicabit; privatim vero *Nasonis Metamorphoses* variis observationibus illustrabit; *Historiam* quoque *Philosophicam* ex optimis auctoribus ipsisque fontibus haustam, ea, qua sapius huc usque usus est, methodo gratis traditurus.

CHRIST. LVDOV. RVDIGER,

Prof. Philos. extraord. Definitor & V. D. M. civitatis Gissens.

Insignium artificiose construendorum & secundum partes resolvendorum, heroicam notitiam, ductum secuturus illustr. *Weberi examinis A. H.* edocere sataget. Nec Philosophiæ instrumentalis, theoreticæ vel practicæ parte quadam selecta imbui gestiuntibus, industriam suam denegabit.

Habebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem, in arte equestri, in ludo palaestra, in arte commode & perite saltandi; nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi partamque habilitatem perficiendi.